



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

Pars I. De judiciis & judicialibus. Hoc est de Sententia & re judicata, Executione, Attentatis, Judice, Notario, Advocatis, Procuratoribus, Expensis, & aliis ad materiam judiciorum. Pars II. Relatio Romanæ Curiae forensis, ejusque Tribunalium, & Congregationum

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1691**

Jvdicialis Fori Professoribus Auctor.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74090)



# T E N O R

## PRIVILEGII CÆSAREI.



**L**EOPOLDVS divina favente clementia Electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatia, Sclavonia &c. Rex, Archidux Austriae, Dux Burgundiæ, Sæviæ, Carinthiæ, Carniolæ & Wirtenbergæ, Comes Tyrolis &c. Agnoscimus & notum facimus tenore presentium universis, quod cum Nobis ARNOLDVS METTERNICH, Typographus & Bibliopola Colonienfis humillimè exposuerit, se in publicum rei litterariæ emolumentum excudere, ac edere destinasse Reverendiss. Domini IOANNIS BAPTISTÆ CARDINALIS DE LUCA Opera omnium Doctorum votis expetita, vereri autem, ne deinceps alii lucrum quavis exare captantes, falcem suam in hanc messem mittentes, sperato, surrogoque laborum ac impensarum fructu sese fraudent; dimisse propterea supplicans, ut Privilegio Nostro Typographico sibi hac in parte consulere clementer dignemur. Nos ejusmodi precibus æquitate mixtis benignè censuerimus annuendum, prout hisce annuimus. Idcirco omnibus & singulis Bibliopolis, Typographis, ac Bibliopogis, cum cæteris quibuscunque rem seu negotiationem in librariam exercentibus, seriò & expressè, idque sub pena decem marcharum auri puri, mandamus & præcipimus, ne eorum quispiam præfata Reverendiss. Domini Cardinalis de Luca Opera præter antedictum Arnoldum Metternich, ejusque heredes intra decennium spatium, à die infra scripto computandum, intra fines Sacri Romani Imperii, Regnorumque ac Dominiorum Nostrorum hereditariorum fines apportare, vendere, vel distrabere audeat vel præsumat. Si quis autem edictum hoc Nostrum transgredi, violare, aut contemnere deprehendatur, eum non solum huiusmodi Libris perperam reculis, & apportatis, quos memoratus Arnoldus Metternich, ejusque heredes, ubicunque invenerint, sive propria, sive Magistratus ibidem auctoritate atque auxilio sibi vendicare poterunt, privandum, sed & pena decem marcharum auri puri, cujus semis dicto Metternich & heredibus, alter verò semis Fisco Nostro Imperiali, fraudis vindici, toties quoties contra factum fuerit, pendatur omni spe veniæ sublata, multandum decernimus, &c. prout in Originali Diplomate datum Vienna die decima-octava mensis Januarii, Anno millesimo sexcentesimo octuagesimo tertio.

Signatum

Leopoldus

Vr. Leopoldus Guilielmus Comes  
in Kiniglegg

Ad mandatum Sac. Cæs. Majestatis  
proprium

Ioannes Probst.

# JUDICIALIS

## FORI PROFESSORIBUS AUCTOR.

**J**udiciorum, Romanæque Curiaë praxis, ac Relationis, volumen hoc, quo meum VERITATIS, ET JUSTITIÆ THEATRUM perficitur; Vobis dirigi congruit, Judicium, ac Defensorum personam agentibus, cum omnibus æqualitate congruat. Stylum autem ab illo aliorum voluminum diversum, super generica, non autem individua casuum, ac rerum tractatione, subjectæ materiæ tribuite. Alteram verò diversitatem, loquendi continuata oratione, citrà allegationum intersecationem, genio condonate; Aliquas tamen auctoritates, pro sufficienti lumine, meo Amanuensi in glosis marginalibus indicante; Vobis enim scientibus legem loquor; Alios verò diversi generis professores, ut alios, eorum capacitati magis oportunos quærant scriptores, moneo.

Card. de Luca de Cambiis.

† 2

INDEX